

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Residiuatio e
cum fonte primo

Cogita, o homo,
grauiolem esse culpam post ueniam,
renouatum uulnus peius dolere post
curam, molestius hominem sordidari
post gratiam. Quare indulgentie
ingratus est qui post ueniam peccat;
sanitatis indignus est qui semetipsum
postquam sanatus est uulnerat, nec
mundari meretur qui semetipsum post
gratiam sordidat.

Crisostomus in omelia quadam.

Cogita, inquit, o homo,
grauiolem culpam esse post ueniam,
renouatum uulnus peius dolere post
curam, molestius hominem sordidari
post gratiam. Quare indulgentie
ingratus est, qui post ueniam peccat;
sanitate indignus est, qui semetipsum
postquam curatus est uulnerat, nec
mundari meretur qui semetipsum post
gratiam sordidat.

Iohannes Chrysostomus, *Homilia de
lapsu primi hominis* (PL 95, col.1210B).